De

Claustris Svio-Gothicis,

Disquisitio Historico-Eccleciastica,
cum Thesibus varii argumenti Theologicis,

cujus Pariculam II

Auctoritate Max. Ven. Theol. Ord. Lundens.

pro Examinibus Sacerd. et Pastor.

p. p.

PETRUS WIESELGREN,

Respondente

JOHANNE ARONE BÄCKLUND,

Scano.

In Acad. Carol. Audit. Maj. die XXVIII Novemb. MDCCCXXXII.

Londini Gothorum MDCCCXXXII.
Typis BERLINGIANIS.

Konungens

Troman, Lagmannen och Riddaren

Högädle

Herr ***H. A. FALCKMAN,***

Vördnadsfullt tillegnadt

af

J. A. BÄCKLUND.

Claustri initia.

Kunghella antiqua caput Regni Norvegiæ non semel salutatur. Vide Schön. N. R. H. p. 249, p. 50. Nials Saga cap. 3. &c. A. Sigurdo Jorsalafara tam regie ornabatur, ut pulchriorem in Norvegia urbem haberent neminem 1). Palatium vero ipsum regium, a Sigurdo magnifice exstructum postea in hoc cœnobium conversum est teste Messenio *Sc. Ill. T.* 1. p. 94. In catalogo vero Cl. Norvegicorum T. IXX p. 82. unum tantum adfert *Kungellense* An. 1182—83. 2). Frater Willelmus S. Thomæ de Paraclito 3) minister indignus dilectis in Chr. Laurentio Priori & Enrico cæterisque in Coninguhelle canonicam vitam professis scripsit, quod animi qui veraciter amoris legibus astringuntur, nullo maris discrimine, nullo terrarum spatio discutiuntur, non diffitens imo verius astruens, quod sicut ignis olei perfusione validius inardescit, sic amor, si subtrahitur non numquam præsentia corporalis, ne mutuis foveatur alloquis, scriptis tamen recentioribus incalescit. "Inde (addit), est, quod absentes corpore spiritu præsentes præsentia vobis offerimus, ne vel apud vos concepta dilectio consenescat, vel occasione distantium corporum vis amoris fortasse languescat. Nuperrime vobis conscripsimus statum vestrum certius cupientes agnoscere, quam aut si fortuna secundior favore divina talis arrideat, gratulamur: sin rebus vestris tristior, opus invideat, damni communis infortunium deploramus. Est enim rationi congruum, ut quod commune datur, communiter sit ferendum." Ipsum scriptionis argumentum tandem addit. Navem cum brasio in proximo ad partes eorum, ad quos scripsit, dirigere voluit, ut ex hoc fructum debitum perciperet, quare

---

1) "Sigurdr Konungr let sva mioc efla kaupstadin i Konunghella, at þá var eingi ríkari í Noregi. Kon. S. af Snorra Sturlusyni Stockh. 1829. T. III. p. 330. De tabula altaris aurata et in Græcia fabricata, de Scrinio, quod dederat Rex Ericus Daniæ, de cruce in qua clausa "Veræ" Crucis pars, de plenario aureis literis exarato et a Patriarcha Hierosolymitano dato cet. l. c. mentio fit.

2) Langeb. 1182, Bartholin. 1183 supposuit.

3) Hic nec de Monasterio Paraclitensi, ubi jam quievit Heloisa, neque de Abbatia de S. Thomæ Ord. Cist. cogitetur. *Eskilsöe* (quem locum sub *Asylo* intelligi m. pr. in exemplari nostro Thesaur Nov. Anecd. a Martene inscripsit doctissimus Fr. Münter T. IV. p. 1403.) Abbas Wilhelmus *Paraclitum* appellavit. Auctor Epistolæ Absalonis & Saxonis amicus. De quo vide Daugaard p. 313. cet. & Scr. Rer. Dan. VI. p. 55. (ubi collectio Epistolarum S. Wilhelmi Abbatis & imago obviæ) Non viliter de eruditione amicorum tanti Abbatis Kunghellensium cogitandum est.

fraternitatis consultum habere vellet, se si Regum Norvegorum vel aliorum congressum timere oporteret, quare esset industriæ amicorum, sibi vel voce vel scripto præfigere partem tutiorem, ne ille expensam amittere contingat et laborem, quod totum per latorem præsentium impleri voluit, rogavit. *Dipl. Sv.* I. n. 92. *Scr. Rer. Dan. VI.* p. 55. *Fragmentum* dicitur l. c. IV. p. 421.

An. 1206 in Monasterio Kongellensi sepultus est Nobilis Vir Jon Drotning, quem Rex Inge Bardsson provinciæ Wikarne præfecerat. *Rami descript. Norv.* p. 59. Post an. vero 1230 primi Ordinis Minor. Kongellam advenerunt Monachi. Non igitur ante hoc tempus Monast. minorum Kungullæ esse potuit *Scr. Rer. Dan. IV.* p. 421.

Ordo incertus. Cum vero tanta amicitia flagraret inter Wilhelmi & Laurentii conventus "canonicam vitam professos", suspicari licet regulam hujus vitæ fuisse unam eandemque. Canonicis *Regulam S. Augustini* professis præerat Abbas Danus. *Daug.* p. 212.

Interitum

tacent analecta monumentorum. Adnotatum est an. 1194. Cardinalem Româ venisse, heic indulgentias venditurum, quem fugavit R. Sverre; an vero claustrum tunc addesset, non observatum. Cum flore urbis forsan sensim flos marcescebat claustri. Non vero in claustrum Franciscanorum abiisse dicitur. Florescente claustro Minorum de *Munkeholmen* mentio fit. Forsan destructi claustri locus. In *Chron. Rhytm. Maj. De bello Ducis Erici cum Haquino Rege Norv.*

Tha sände konungen af Norrge breff
Til Hertug Erik
Ok bad honom vid älfvana möta sik
Ofvan vider koungälla,
The Aa hon flyter tveggia Landa mällan
Swerike ok Norike
A Munkaholmen möttes de.

Scr. Rer. Sv. T. I. II. p. 36.

6. Köping.

(Urbs in Westmannia)

Claustrum Fratrum

Auctores:

Vastovius: Kiœping Fratr. Ord. *Sparrm.* n. 44 Kiopingense Fratr. Ord. *Rhyzel.* p. 256.

Non multa de hoc claustro cognoscuntur, sed certa. A. 1728. de claustro famam vulgarem audiit J. G. Hallman. Rudera notat Rhyzelius. Duo diplomata idem Hallman conservavit in *Beskrifning öfver Köping, en af the äldsta städer uti Svia rike utur gamla bref, minningsmercker och fråsägner.*

1448. Alla christeliga menniskor som thesse skrifvelse sia eller höra gitta helsa Achatius med Gudz evärdlike nadhi Biskop i Westeråhs. Eptir thet oss understandit hafwe Nicolaus Scanensis huru thes Conventsbröder i Köpunghi medh värdoga Fader sahl. Biskop Olofs tilsägielse låtit för eldsvåda och annan olägenhet förläggia och kulltaga thet mycket gamla och förfallna S. Olofs träkapell och flyttat Altarena med alla gamla helgedoma i nya klöster kyrkian och begära ther til vår vähl förtenckta samtyckio och stadfestilse, thet Wi them icke förmenom, dock med them beskeedh, at helig Olaf konghsmessu ther i nya klöster kyrkian och i gamla kyrkian på Åbacken varder begången medh lika messa, psalterier och vigilier som tillförrene i gambla kapellet aldeles eptir förnempda wärduge faders Biskop Olafs tillåtelsebref. Swa stadhfestom wi ock theras convents förplicktelse, at onsdagh hvarju hweka hålla begengelse till evig tid, mässu och Vigiles för Herr Niclessa Sockenprestirs siähl, stränge Riddare till Ströö Ifvardh Jönsons och hans hustros siählar, Jöran Eriks Son och hans hustros Anders Storcks och hans hustrus begge konunga-fugtars i be:de stad köpung, själar swa och for the ährlika Mäns Jöns Anterssons, Matts Skrifvares och Nils Andressons siählar, som alla med gudliko sinne latit bygia kyrkian wid klöstret och till klösterbrödhers undherhålld vestra gärdhet gifwit. För hwilket wi til oryggeliget stadhfestilse hengom wårt insigle nedan thetta brefvet. Gifv. åhrum epter Christi byrdh MCCCCXLVIII attende dagen eptir Eriks messu.

1496, Wi Haquinus Erici Prior i Köpung samt Sweno, Mathias och Nicolaus Torpensis Seniores afsägiom för oss och wåri bröder til ewiglig tidh all ägande rett i wårt fiske wid Westermo til all konwentith i Julittum, emoth then gårdh, som är belägin här i stadhen emellan Wårt klöster och åån, hvilken them i Julittum förährade Erlige och Gode man Torder på Ulfsund. Och tillwällom i stället oss samma Tords förährning medh allom räntha, som af thy gårdenom flyter och falländis warder. Hängiandes här under Wårt klösters insigle an. Dni. MCCCCLXXXXVI.

L. S.

Ceteri priores:

Petrus Galo Prior 1470, quem Hallmannus eundem fuisse credit ac Gulo, qui 1478 canonicatu fungebatur in Munketorp.

Gudormus vocatur Confessor Kopensis in litteris testamentariis Ecclesiæ Skyllersta in Nericia datis a. 1500.

Claustrum hocce Gustavo I. Regi Electo C. (lödige) marchas argenti ad debita regni solvenda a 1523. mittere potuit. (1600 R:dr Sp. apud Rhyz).

Bernhardini seu Cisterc. Ordinis Claustrum fuisse Rhyzelius supposuit propter Abbatiam & Confessoratum ejusdem.

Lund.

Claustra incerti Ordinis.

Quæ ut rite discernantur, omnia primo Lundensia recenseamus. En Catalogum!

1. *Claustr. Fratr. Vetus S. Laurentii; Benedictium* apud omnes audit.
2. — *Fratr. novum S. Laurentii* alii *Cisterc.* alii *Augustin.* alii *Canonicatum ex Monasteriologia omnino excludendum* habent.
3. — *Omn. Sanctorum Fratr.* alii *Benedict.*, alii *Cluniacens.*

Obs. *Omn. Sanctorum Soror. s. Mariæ.* (?) Ejusdem ac *Fratr.* Ordinis fuisse, si adfuerit, per se patet.

4. — *Dominicanorum Fratr.*
5. — *Franciscanorum Fratr.*
6. — *Johannitarum.*
7, 8, *S. Georgii; S. Spiritus* (Helgeands klostret), *Leprosorum* (Spetelöfs klostret).
9. — *S. Mariæ Magdalenæ.*
10. — *S. Mariæ et S. Petri Soror.* alii *Domininican*, alii *incerti Ord.*
11. — *S. Salvatoris, Brigittinorum* alii, alii *incerti Ord.*
12. — *S. Trinitatis, incerti Ord.*

Tantum numerum stupes. Upsaliæ unum solum admisit Peringskiöld, qui plura ut admitteret millena diplomata perlegisset. Malmogiæ non contemnendæ tunc urbi duo aderant. Wisby florentissimæ tria, Roskildensia erant Cisterc. Soror. Francisc. Fratr. & Soror. Dominic Fratr. et Soror. Havniæ per plurimum tempus, licet catholicæ Daniæ diu capiti, duo tantum erant. Scio equidem centum, si monumenta cogant, accipienda. At observandum in congerie tanta testamentorum, quantam Diplomata-

rium continet Capituli Lundensis, mentionem paucorum fieri, licet canonici plurimi Lundenses omnibus claustris Scanicis dona adsignant. Electus Lund. Erlandus a. 1269 dedit "*singulis* ecclesiis Lundens." Claustris Scan. Dalby, Evith, Bækiaskogh &c. et Lundensibus: *Omn. Sanct., claustro Monialium Lundis, fratr. Prædic. fratr. Minor. Lundis, hospitalli S. Sp. hospitali leprosorum.* Nicol. Thorkilli Canonicus Lund. dedit a 1273. Mensæ canonicorum, Ecclesiis *Omnium Sanctor, S. Petr. Monial., Predicator. Minor.* Dalby, Thumætorp &c. a. 1285 B. Decanus Lund. dat Canonicis, Ecclesiæ *Omn. Sanct. Lundis, Sanctimonialibus Lundis. Fratr. Minoribus ib. hospital. S. Spirit. hospitali Lepros.* et singulis ecclesiis parroch. Lundis, singulis presbiteris &c. A. 1294. Nicolaus Othesson canon. Lund. Meminit Mensæ canonicorum. *Claustrorum Omn. Sanct., Monialium St. Petr., Fratr. Prædicatorum & Minorum Lundis* & cujuslibet sacerdotis parrochial. Lund. A. 1299 Christiernus Canon. Lund. argento donabat capitulum Lund. *Fratr. minores & prædicatores Lund. Claustra Omn. Sanct. & Sanctimonialium Lundis* ceteraque Scanensia. Archi-Ep. Carolus (circa 1330). dat *fratribus predicator. Lundis, minoribus Lundis, Sanctimonialibus Lundis, Domiu. S. Spirit. Domui Leprosorum* ib. ceterisque Scanensibus. An. 1350 Thorkillus Biernesson Canon. Lund. testamentavit Monosterio *Omn. Sanct. Lundis, Mon. S. Monialium Lundis, Fratrib. Prædic. Lundis, Fratrib. Minor. Lundis* cuilibet canonicorum apud Ecclesiam residentium, ceterisque Ecclesiis & capellis. An. 1361 Johannes Stigsson Archidiac, Lund. opes auxit *Monaster. Omn. Sant. Lundis S. Monialium b. Petri Lundis, hospit. S. Spiritus ib., Hospit. Lepros. Fratr. Prædic. Lundis. Minor.* ib. A. 1370. Nicol. Erlandi Canon. Lund. dona adsignat *claustro Omn. Sanct. ejusque Abbati, Prædicatoribus Lundis eorumque priori, minoribus lectorique cuidam ibid. Monialibus ib., Domui S Sp. Domui Leprosorum,* Claustro Dalby, Boso &c. A. 1379. Præpositus Trugotus Lundis testamentaliter dedit bona *Claustris Omn. Sanct. S. Monialium Horp. Leprosorum, Hosp. S. Spir. Fratr. Prædicat, et Minor.* A. 1404 Sv. Saxtorp Decan. Lund. dat claustris *Prædicatorum, Minorum, Monialium, Omn. Sanct., infirmis in Domo Lepros. it. Domui S. Spir.* Lundis A. 1410. Archi-Ep. Jacobus Geritisson contribuit *monasteriis Lundis prædicatorum, minorum, omnium Sanctor., Monialium* Lundis, *earumque Priori Benedicto, dom. Lepros.* & cuilibet Ecclesiarum Lundis, cuilibet ministro paroch. cuilibet pauperi mendicanti Lundis &c. &c. A. 1415. Folkwinus Præpos. Lund. testimonia rogavit altaris fundati. Dom. *Jacobi Abbbatis Mon. Omn. Sanct. prope Lundis, Fratr. Hartvici Prioris. claustri prædicatorum Lundis, Ernest. Budde Prioris Monialinm S. Petri ibid. & Jonæ Andersson Provisoris domus S. Spir.* A. 1418. Joh. Jacobi decan. Lund. dat. cuilibet canonico, sodalitio Sacerdotum Lundis, *Conventui prædicator. Lundis, Conventui Minor. Monasterio Omn. Sanctor. Monialibus apud S. Petrum,* Ecclesiis Mariæ — Johannis Baptistæ.

Nunc adgrediamur *Diplom. Langebek.* Legimus 1419 de Thomætorp, 1423. de Priore Dalbyens. 1419 de Priore Carmel. Landescron 1427. de Abbate Tummarp &c. &c. 1443. de singulis monasteriorum de Tummetorp, de Bekkeschoug, de Evith *canonicis*, 1453 de Alle helghens Closter hos Lund i Skane oc prester, Ordensbröder oc Klerkæ uti forscrefne Closter, 1454 de Fr. Jacobo Laurentii Ord. Fratr. Minor. custode Lundensi, 1457 de Tommarp, 1461, de Priore & Conv. in Vor-Fruæ Closter i Landescron, 1472, de Brod. Jens Koth Custos oc Gardian i Lund, Broder Oluff Gard. i Ystadh oc alle Convents bröder i Malmoge, *S. Brandani altare i Helliglösers Capelle i Lund.* 1477, de Nynne Clôster i Lundt, 1483 de Jommfru Mariæ Closter i Landzkrone, 1486 de Abbede, brödre oc mene Convent udi Tomerup, 1494 de Hellegesthus i Wææ, Jomffru Marie Closter ij Silwissborgh, 1501 de Abbate Bæckeskoff, 1503 de Graabrödere-Closter i Malmö, S. Laur. Domk. i Lund, Sortebrödere sammestedz, Graabrödere ibid. Helligestis ibid., Graabrödere i Ysted, Grabrödere i Treleborgh, Sortebrödere i Awss, Vor Frue-Closter Sollessborg Helligistis i Awss, Frue Closter i Landzkrone; 1506 de Graabrödre kloster i Lund (ubi Rex Johannes Magnates convocaverat), 1511 de S. Marie Magdalene *altare* (ad quod procuratorium Christofferi Nicolai, mortuo Diacono, rogarat Magister Acho Jacobi Eccl. Lund Canone per Torbernum Bille)

Lectores ipsi de *decade claustrorum Lundensium* quid? quod de XII. nunc judicent! Vix mihi persuadeam a 1270 ad 1520, sic fere per tria sæcula Monachismi florentessimi, *plus quam IV. heic habita fuisse claustra*, n. 3, 4, 5 & 10. nec scrutator sagacissimus Sjöborg, urbem qui tamdiu incoluit, plus quam VI. indagare potuit: "*Gamla klostret, Allahelgons, Svartbröders, Gråbröders, Drottens och Nunnornas vid Klostertullen. Saml. för Nord. fornälsk. II.* p. 162.

De illis, quorum Ordo certus est, suis quibusque locis agendum. Sic de *Claustro Omn. Sanct.* inter *Cluniac.*, *de Dominic.* inter claustra hujus ord., de *Francisc.* similiter. Cetera brevi disquiramus.

N. 1. *Cl. S. Laurentii Vetus*, sine dubio fuit & fuit *Benedictinum.* Vide igitur *Cl. hujus Ordinis.*

N. 2. *Cl. S. Laurentii Novum.* Concedamus Monachos regulam S. Augustini professos, canonicos Ecclesiæ factos esse; diu tamen *Fratres* vocatos. Sit observari in Monasteriologiis debent. Vide *Cl. Augustinorum.*

N. 3. obs. *Omn. Sanct. Soror.* (?) tantum suspicati sunt. In Necrol. Lundens. ut observat Daugaard l. c. p. 140: "nævnes en Thonna Soror. Ecclesiæ S. Mariæ et omnium Sanctorum Lund. hvilket kunde lede til den

Förmodning at klosteret ogsaa havde været beboet af Nonner. Men rimmeligere er det att förklare det om et fruntimmer som har ladet sig optage i klosterets andelige Bröderskab." Quæ nos suspicamur, infra habebis. Inter claustrorum vero numerum hoc tuti deleamus.

N. 6. *Claustrum Johannit.* Daugaardio debemus. De illo vide inter *Cl. Johann.* ubi etiam de N. 7—8, aliquid adferatur.

N. 9—12 inter Claustra incerti Ordinis exponenda. Sic.

7. (†) *Claustrum S. Mariæ Magdalenæ.*

Auctor.

Kilian Stobæus in excerptis ex Registr. Arch. Regii (Sveth.) inter *Lunds Kloster* refert 1 Ord. Prædicat. 2 Gråbrödra, 3 S. Petri, 4 Svartbrödra, 5 S. Georgii, 6 Allhelgona, 7 *Marie Magdalenæ Kl.* 8 Spitele Kl. Diplomata de *Claustro S. M. M.* in Archivo Regni invenerat duo:

1503 die Sever. Meleberg. Gåfvobref åt M. Magdalenæ Kloster på en gård i Lund up til liusegatan in til Archie Biskopens humblegård, sunnen näst S. Laurentii kyrkogård.

1514 die S. Gertrudis. Donation åt Marie Magdalenæ Kloster på en gård i Ystad.

Cum diplomatum titula tantum attulit, explicatio difficilior fit quam dijudicatio. Tali nempe fundo nova, etiam in sæculo XVI florentia, at in Diplomatariis nostris ignota, claustra nos non superstruimus. Forsan de Ecclesia *Mariæ Magdalenæ* (Vårfru Magle?) quæstio fuit, vel Claustro quodam alias noto, quorum fratres huic inservirent ecclesiæ. Alias etiam respici potest altare *S. Mariæ Magdalenæ* in crypta, cujus ministro *Fratres* vocatos invenies. *Diplom. Sv. I: n.* 23. Quod altare sæpe dotari diplomata illustrant. De ejus opibus ex petitione Achonis Jacobi, nuper allata, judicari potest. *Potest etiam fieri*, ut Kil. Stobæus, qui "*S. Petri claustri*" mentionem facit, ex illo divulserit *S. Mariæ*. Componuntur hæc nomina semper i Libr. Dat. & necrol. "Sanctimonialis S. Marie & S. Petri Lundis. Quæ *Maria* forsan est *M. Magdalena*. Sic enim & Patrona & Patronus claustri ejusdem unam ideam exserunt, *peccatorum quos delictorum poenitet*, id quod ad claustra bene quadrat. Nec omni umbra carent monumenta, illa *primo* diversa, *postea* coaluisse. In Libro Datico *domus Mariæ* interdum nuncupatur, ubi de Eccles. Cathedr. vix quæstio est. Inde

vero non sequitur, duos fuisse domos S. Petri & S. Mariæ. *Domus* S. Mariæ *Ecclesiæ* S. Petri conjungi potuit vel vice versa.

8. *Claustrum S. Mariæ et S. Petri Soror.*

Auctores.

Messenius inter *Dominic.* refert, quem secuti sunt *Hermanss. Rhyz.* & *Lagerbr.* Cum vero diplomata totum fere sæculum idem floruisse, priusquam exstiterat Ordo Domin., probant, *incerti Ordinis* classi a Daugaardio adscribitur. *Lagerbring* primus composuit in unum Cl. S. Mariæ Rhyzelii & S. Petri Stobæi. *Vide Mon. Scan. II*: 38.

De Ordine

pauca commonere lubet. In apographo nostro recenti *Dipl. Capit. Lund. T. II*: *n.* 365 *in Testam. Dnæ Yde de Gladsax an.* 1398 legitur: *(Item Ecclesie sti Laurencii . . .) Item monsteriorum videlicet predictorum minorum monialium Benedictorum ibidem cuilibet march argent. It infirmis dirinus sti Spriritus ibid mareh argent. It reprosis* (leprosis? 1) *ibidem march. argent. It prædicotoribus in Hesinsborg* &c. Quæ lectio sic forsan legenda: *Item Monasteriorum cuilibet prædicatorum minorum monialium Benedictorum ibidem cuilibet mrch. argent. Item infirmis domus Sti Spiritus ibidem mrch. argent. Item leprosis* &c.. Quæriturne hic de IV celebribus claustris? *Benedictorum* num *Omnium Sanctorum*, quod tamen Cluniaciensium erat?. Suntne *Moniales* Ordinis *Benedictini?* Quibus melius exemplar adest testamenti, iimelius explicent! Conjecturis si interdum ludere licet, opinionem confitear, hoc Claustrum *Sororum* fuisse Benedictinorum Ordinis, *Fratres* habentes suos in *Claustro Omnium Sanctorum.* Utraque claustra fuerint *Benedictinorum de Cluni* s. reformata, licet talem rem negligere potuerit Domina Yda de Gladsaxe. Exstitisse utraque videntur eo tempore cum maxime Cluniacensium ferveret studium. *Thonna*, de qua antea, hunc nexum inter claustra Soror. & Fratr. intelligi forsan voluit, appellari gestiens *Soror Ecclesiæ St. Mariæ* (Eccl. claustri S. Petri, unde ut jam allatum, tota domus diceretur Monasterium St. Mariæ & St. Petri?) & *omnium Sanctorum.* Apud Moniales Cluniacensium in annalibus frequenter obvii Priores claustrales & cantrices 2). De Prioribus Claustri S. Petri & Mariæ vide Dipl. Capit. Lund. T. II: n. 358, 382

---

1) Alias centies *leporsis* obvium. 2) *Helyot* Hist. d. Ordr. Monast. V. p. 190 aliisque locis de constructione Ordinis Cluniacens. agit.